



Epistola ad Lignitrad. t  
fulda zu Halle Jan. 1835.



4 2  
Memoria

VIRI CLARISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI  
DOMINI

IOHANNIS PRÆ-  
TORII, Magdeburgensis,

Optim. Artium & Philosophiæ Magistri;

Qui,

Postquam Lycæum Quedlinburgense indefesso labore  
rexit, Doctrinâq; insigni & perspicuâ Adolescentes  
indigenas, exterosq; fidelissimè imbuat,

Denemine illorum non BENE MERITUS,  
Et apud neminem, nisi obtrectatorem, non benè  
audiens,

*Ipsis Idibus Octobr. Anni J. C. 1656. horâ  
decimâ vespertinâ,*

Mense Tertio supra Annum Trigesimum sextum functionis publicæ:  
Tertio autem & Sexagesimo ætatis anno, scil. Climacterico magno,

*Ut vixit, non dicam Philosophus, verum*

CHRISTIANUS;

*Ita ut Christianus,*

h. c.

PIENTISSIME, PATIENTISSIME, PLACIDISSIME,  
discessit:

Cujus ANIMA DEO Opt. Maximo;

CORPUS verò in Templo Benedic. Terræ,

X. Cal. Octobr. mandatum:

*Hæc Ἐπιθήδεια ἐπι consecrabano*

Dn. Cognati, Fautores, Affines Collegæ.

---

QUEDLINBURGI,  
Typis Ockelianis.





I.

רב יוחנן פרורטו  
תם  
מן וטור כפרי רז:

Gratia & ordo in fructu clamoris (præceptoris do-  
centis.)

קול הרנה י. e. ויעבר הרנה 1. Reg. XXII. 6. 36.

Scilicet in fructu clamoris gratia & ordo est,  
Si præceptores rite docenda docent.

II.

ιωάννης πραιτωριος ο διδάσκαλος  
καὶ ἀνάγ.

dupl. i. e. in η.

ἔργα πάντα διδόν καλὸς σὺ ἦρης.

Omnia Junonis (a) sic tempeſtiva docebat,  
Qui pulcher ſalvus, pulchraq; ſalva dedit.

(a) Per Junonem intelligitur ær, qui ſingulis anni partibus mutatur;  
Et ſubmonet nos noſtri muneris ſtato tempore peragendi.

III.

Johannes Praetorius Philoſophiae Magiſter ut &  
Rector Scholae Quedlinnburgenſis.

Per Anagr:

Hic vir gnarus erat pubem regere ore diſerto:  
Anne Sophos, qui tanta poſſit chelis hillo?

(b) Graec. Chelys ſic donatur ciſitate latinâ, quâ exigua Amphion ſcribi-  
tur ſaxea hominum corda permoviſſe, quo de Horatius:

Dictus



*Dictus & Amphion Thebana conditor arcis, Sana moerere sono testudinis Cœ-  
i. c. cum melliflua oratione suasisse ignavis atq; rudibus hominibus, & spar-  
sim degentibus, ut in unum convenirent, & civiliter viverent, & in defen-  
sionem publicam civitatem manibus circumdarent, quod & factum est, ex-  
plicante sic Alberico seu Albrico Lib. de Deor. imag.*

EVOLUTIO:

**S**iccine mors nulli, merito nec parcat honori,  
Cruda triparca ferit PULPITA, ROSTRA, CHORUM.  
Dignus erat vitâ majori Musa Jeanni  
Prætorî, virtus quem super astra tulit,  
Quæ tanquam digitos numeratò noverat, unâ  
Eusebien veram, Palladiumq; sacrum.  
Sed ponant lacrymæ, vivit Prætorius arce  
Æthereâ, follem terrea busta tegunt.  
Tempore nos certo lætiq; pijq; sequemur,  
Visuri faciem, Rex adamate, tuam!  
Intereâ grati sacram tibi figimus aram:  
Non nisi cum cœlo Fama peribit anus:  
**HIC VIR** GNARUS ERAT PUBEM, REGERE ORE DISERTO;  
**ANNE SOPHOS!** QUI TANTA brevi POSSIT, CHELIS HILLO!

*Hanc Mnemosynes aram suo quondam  
Præptori statuis*

**DANIEL Heimbürger / Phil. Mag.**  
Past. aul. & Consist. adf.

II.

**Q**uæ rerum facies subito mutata? Quid urbi  
Portendunt nostræ conduplicata mala?  
Pastores sanctæ binos amisimus ipsos  
Rectores cathedræ: Non satis hocce fuit.

A 2

Nuper



Nuper & è vivis sublato vidimus urbis  
Rectores binos: Nec satis hocce fuit.  
Nunc Ludi nostri Rector PRÆTORIUS atra  
Morte cadens, cheu! tollitur è medio.  
Tollitur è medio quem vel Germania cuncta  
Præclarum novit, non sine laude, virum.  
Tollitur è medio multis dignissimus annis,  
Gnarus inexpertos atq; docere rudes.  
Tollitur è medio mihi perdilectus amicus,  
Quo plures annos ipsemet usus eram.  
O male parentes Parcæ! O durissima fata!  
O summis etiam mors inimica viris!  
Te precor ex animo, supremi Rector olympi,  
Ut nos æterna pro bonitate regas.  
Te non ædificante domum, nec fulcra locante,  
Nos nostrasq; ædes certa ruina manet.  
Te non conservante locum nostrum atq; tuente,  
Excubat in cassum qui vigil eius erat.  
Iccirco ædifica Tu nos Deus, atq; tuere,  
Et procul à nobis sic erit omne malum.

*Contestanda amic. & affinit. E.*

M. SETHUS CALVISIUS  
ad D. Nicol. Past.

III.

**V**trabiosa furis, dum QUEDLAE ingressa per urbem  
Nunc hunc, nunc illum mors truculenta rapis?  
In clerum nuper damnatum conversa dedisti,  
Dum rapis INSIGNEM voce tonante, VIRUM.  
Mox & CONSULIBUS BINIS infensa Senatum  
Emeritis spoliis invidiosa Viris.

Ista



Ista licet crucient, nondum satiata quiescis,  
Sed juvat in CELEBREM profuiffe SCHOLAM.  
Hic infana necas SUMMUM Virtute MAGISTRUM,  
Nestoris ille dies vivere dignus erat.  
Nam tanta Rector rexit cum laude Lyceum,  
Ut merito pubes ploret ubiq; Virum.  
Sed frustra insanis, mors invida corpora tantum  
In cinerem solito more redire jubes.  
Pars melior vivit, superas quæ scandit ad auras,  
Et nunc sublimi vertice celsa ferit.  
ô Te felicem, PRÆTORI! dignus haberis  
Extolli ad superum, laude sequente, Scholam.

*Debita sympathias grat. deproperab.*

M. VVOLFFGANGUS Patermann  
ad D. Blas. Ecclesiast.

IV.

**E**rgone CLARORUM, PRÆTORI, Stella VIRORUM,  
TE quoque Parca ferox demetit? O LA-  
CRUMÆ!

Eheu! TALE Scholæ cur surripis, invida, LUMEN,  
PARCA? TUUM Nomen, SCILICET, hocce sapit!  
NON SAT ERAT, MAGNO, tibi, Vitæ stamen HOFFERO  
Rumpere. (Mœror adhuc Pectora nostra vorat!)  
NON SAT ERAT, doctum SPIEK LINGUM tollere: Coetum  
Qui pariter docuit, Christe benigne, TUUM.  
NON SAT ERAT, vel TRES CLAROS spoliâsse REGENTES,  
CONSULIS Officium, qui decorâre simul:

A 3

KEL-



**KELSIUS** ac **FISTERUS**: Item **BEINDORFFIUS**, ille  
 Principis Assessor, Juridicusve Lepor.  
**NEC SAT ERAT**, forti **TIDEMANNO**, frangere Collum:  
 Hostibus innumeris fregit ut hicce caput:  
**Nempe** (a.) Caput Belli, Martis generosa Propago.  
 SEX ITA VIX MENSES FUNERA TANTA DABANT! (a.) Krieger  
Dbrister.)  
 Ex hoc Naufragio salvum restabat, in Urbe,  
**GYMNASIUM, & RECTOR, GLORIA PRIMA, SCHOLÆ:**  
 A cuius Ductu PLURES rediere POLITI,  
 Quàm **TROJANUS** Equus Militis arma dedit.  
 Hoc **COMMUNE BONUM** pariter nunc, dente cruento,  
**MORS** jugulat. VOS ô flete, dolete **VIRUM!**  
**QUI LAUDABILITER VOS, ô HELICONIS ALUMNI,**  
 De **Phœbi, CLARIIS**, fonte, RIGAVIT AQUIS.  
 E cuius roscis suxistis **MELLA** labellis,  
 QUOTQUOT, in hac Scholicâ Valle, VOLATIS APES:  
**QUEIS** Cordi, ingenuas **CAPUT**, est, EFFERRE per Artes,  
 Nec malè **Pegaseos** deseruisse Choros.  
 Quod superest igitur, VOVO TER AMATE **MAGISTER,**  
 Molliter in Terris **OSSA** cubare tua!  
**SPIRITUS** ast **Coeli** lætetur in æthere **PURUS,**  
 Ante **DEI** faciem **CANTICA** digna ferens!  
 Inter & **Heroas**, qui sicuti **SIDERA** fulgent,  
**MAXIMA DOCTORUM PRÆMIA, RECTOR,** habe!

**JOHAN: VILIZ M. Paß. Wipertin.**  
 ac *Rev. Minist. Senior.*

Omnia



V.



Mina multa dedit Deus, & portenta ruinae  
Dat nova: PRÆTORII funera magna Viri.  
Sustulit ille pericla & restitit usq; ruinae  
Gymnasii curis & pietate gravi.

Sustulit; at nobis sublatus ad æthera vivit  
PRÆTORIUS, fruitur contuituq; DEI.

O resipiscat homo! avertat contagia, bella,  
Magnatum interitûs, magna pericla, DEUS!

*Ita precatur*

CHRISTIANUS Schaarschmidt  
Pastor Ægid: & subjicit

### EPITAPHIUM.

**A**udi, qui legis hæc! non hîc mora longa futura est:

PRÆTORII sunt hoc ossa reposta solo.

*Si quisquam, Hic verè est, docilem qui ex arte Magister  
Artes edocuit cum pietate gregem.*

*Mors ipsa, ut vidit juvenestot in orbe Magistros,  
Pœnitet Hunc, inquit, me vapuisse senem.*

VI.

**C**Rassa velut quercus non unô finditur ictu  
Et lento gressu desuper alnus obit.

Sic in morborum multô Clarissime Prætor  
Ictu & conflictu concidis & moreris.

Aspirat melior nunc in cœlestibus aura,  
Jamq; DEO vivis salvus & incolumis.

JOHANNES Pleß / Pastor  
Disfurtensis.

*Ad*





## VII,

*Ad beatiss: Dn. Magistrum Ad fin: desideratiss:*

**Q**uod mihi debueras post fata, Beate Magister,  
 Officium Veteris pignus amicitiae,  
 Hoc lacrumis solvo seniō confectus inertī,  
 Dum poscunt thalami pignora chara tui,  
 Vix bis sex vitæ numerabas lustra caducæ,  
 Cogeres ut solitum currere mortis iter,  
 Sed benè vixisti: quoniam tibi vivere Christo  
 Cura fuit, Christo maxima cura mori.  
 Et qualis fueris primis hîc semper ab annis  
 Novimus & multos post meminisse decet.  
 Et si fata velint flecti, si tela caveri  
 Horribilis possint sanguinolenta NECIS.  
 Ipse tuis immortalis virtutibus esses,  
 Præ reliquis unus vivere dignus eras.  
 Quare te meritò cuncti deflemus ademptum:  
 Scribimus & tumulo, talia verba, tuo.

PRÆTORIUS JACET HÎC PRIMARIUS INTER ATLANTES  
 QUEDLIACOS, SCHOLICI CURRUS ET ARMA GREGIS:

*Occupatissimus extemp. consignab.*

Joan. Agricola P. L. C.

## VIII.

**S**i pietas, doctrina ferum depellere fatum  
 Possent, baud RECTOR morte peremptus erat  
 Verè dignus erat Pylis qui viveret annos  
 Monstraretq; animis utile dogma piis.  
 Sed Lex immota est, calcanda omni est Via Lethi,  
 Dostos cum rudibus mors terit atq; necat,  
 Nunc est terra quies ubi, veraq; gaudia fulgent,  
 Quos speramus non dabit ante fide.

Testandæ *ουμπα* Deior ac observantiæ ergo

f.

CASPARUS HOFFMANNUS ad D. Servatij  
 Diaconus & p.t. Collegii Præbend. Senior.  
 Jhr



**I**hr der Pallas lieben Söhne  
 Seufzet / klaget / ruffet ach!  
 Zieht die hohen seitē schlaff!  
 Laßt ein klage gleich Bethöne  
 Von euch hören / stiehet die Freuden:  
 Ewer Lehrer ist dahin  
 Der mit seinen klugen Sinn  
 Ewre Sinnen kunte wetden.  
 Wird doch bey den *Mavors* Leuten  
 Dieser / der im Felde bleibet /  
 Wohl beklaget und bereut:  
 Solte man denn nicht bey wetten  
 Mehr betrauren und beweinen  
 Den / der mit gelehrten Sinn

Euch die Bahn gewiesen hin  
 Zu *Apollo* und den Söhnen /  
 Der ganz klüglich zu regieren  
 Und euch anzuführen wußt!  
 Der mit sonderer Herrkenslust  
 Euch kunte treulich informiren.  
 Nun sein theurer Geist ist gangen  
 Hin / wo unser Hoffen steht /  
 Hin / wo unser Leben geht /  
 Wo das sehnende Verlangen  
 Kan befriedigt ohne Leiden  
 Ewig bleiben / Er ist nu  
 In der sichern stolzen Ruh!  
 Und geniesset Engels Freuden.  
 Also betammerte den sel: Herrn  
 Rectorem

**M. Johan Morgner**  
 Diac: Aul:

**S**iccine mors etiam post tot sua funera nostrum  
 PRÆTORIUM nobis non superesse finit?  
 Sed fallor, superest, Divorum sede receptus  
 Hic habitat patria civis in urbe novus.  
 Qui nuper vidit sublato sidera vultu,  
 Nunc subjecta sibi sidera summa videt.  
 Huc ipsum pietas, huc evexere labores,  
 Quos alacri sumptos pectore sæpe tulit.  
 Sic virtus plerumq; solet; non ante quiescit,  
 Quàm superùm videat se penetrasse domos.

*Hac pauca in honorem venerandi suū  
 Dn. Matrueis, & quondam  
 Præceptoris apponere debuit*

**WOLFGANG Laternan**  
 P. E.

**B**

**Klage**



Klage-Schrift.

I.

Der Weylandt / Wolehrenveste / Grosachtbare / unndt Wolgelarte Herr Johannes Prætorius von Magdeburg auß Sachßenn / der freyenn Kunsten Meister / Rector der Schule in Queddelinburg etcate.

(Q sit f. omis: a)

Durch dreyfache Versetzung der Buchstaben lautet also:

Ach / das ich Wasser sat / in meinem Haupte hätte /  
Und meine Augen / hör / doch Thränen Quelle wehren /  
Das ich beweinen kont  
Der Jugend Vater / den  
Herr MORS hat aufgerieben.  
Euch / Euch ich allen sag /  
Die ihr dis lesen thut!  
Schaut doch / und sehet an /  
Den großen Mis /  
An eurer Schull begangen!  
Der Schüler Vater ist dahin:  
Hör Leser / hör / steh' still /  
Und dis betrachte  
Herr Hower / Herr Köls / Herr Spirling /  
Herr Biendorf / und Herr Fister /  
In kurzer Zeit /  
Aus dieser Welt gewandert.  
Nu mus herhalten thun  
Ach unser Herr Rector!  
ô Quelenburg beweine / thues zu Herken nehmen /  
Gott klopfet an die Thor / den Bogen er gezuckt /  
ô Gott in Gnaaden thu von uns al' Boses wenden.

Der



II.

Der Weilandt Wolehrveste Großachtbare  
bareu unndt Wolgelarte H. Johannes Pratorius von  
Magdeburg auß Sachsen der freien Künsten Meister/  
unndt Rector der loblichen Schul in  
Queddelinburgk.

(Q. fit C.)

Durch Versetzung der Buchstaben  
lautet also:

Za Herr

Dein schwar Trüpsaal/ Kreuz/ und Elend/  
Ist nu/ nu komn zum frölichen End/  
Du hast getragt des H. Erren Joch/  
Bist gestorben/ und lebest noch.  
Du gehst voran wir folgen nach/  
Woll der es hier betracht.

III.

Der Weilandt Wolehrveste/ Großachtbare/ Wolge-  
larte H. M. Johannes Pratorius Rector der Schul in  
Quedlinburg \_\_\_\_\_ 1086.

Ex progress: literar: & numer:

Paragramma.

Zeh hab<sup>d</sup> nun überwunden/  
Kreuz/ Leiden/ Angst/ unndt Noht/  
Durch CHRISTI heilig<sup>d</sup> Wunden  
Bin ich verfühnt mit Gott. \_\_\_\_\_ 1086.

auffgesetzt

Von

Georgio Pratorio Magdeburg:

B z

Memo:



Memoriae Marmor

Das ist:

Ehren-Bedächtnuß, Seul.

Deren/so in weniger Zeit auff ein ander in unserer Stadt  
Quedlinburg / in diesem 1656. Jahr / durch den  
zeitlichen Todt weggerümet.

**S** Ol daß ich abermal/ein Mercks-Bedächtnuß schreiben/  
So kan ich nicht umbhin/ und thut darzu mich treiben/  
Der Zustand dieser Zeit/ in unser Quellen Stadt  
Drin sichs in kurzer Frist/sehr umbgekehret hat.  
Drin sichs ereugnet ist / daß alle Seulen krachen  
Beugen und neigen sich / als wollen sie zer brechen.

Heist das nicht umbgekehrt/die Stüle dieser Stadt?

Heist nicht zerbrochen das /ja Kirche/Schuel un Rath?

Haupt Kirche

S. Benedict: In einem Kirchen Spiel/zween Lichter seyn verloschen

Zween Seulen auch darzu/im Rathe umbgestossen.

Ist aber kömpt der Todt/und hebet auß dem Stuel

Dem wolberühmten Mann/den Rector auß der Schuel

M. Iohan:

Pratorius.

Egregius ju-

ventutis in-

formator &

doctormori-

tur 15. Sepult

23. Octob:

etat: 63. an-

nos 36. Rect:

Sch: Quedl:

Der unser Schuelen Glantz/heut leget er sich schlaffen/  
Nach dem in Lehr Arbeit/viel Nutzen hat geschaffen/  
Die Erde ist dahln/ Was drauff ich sagen sol/  
Mit ist nicht wol darbey? Auch Mensch besinn es wol.  
Kein gutes Zeichen ist / wenn werden so zerstöret  
Die/so mit sondern Fleiß und grossen Preiß gelehret.  
Ja/so wol vorgestahn den allgemeinen Nutz/  
Mit Leben/Lehr und Kunst mit That und guten Schutz.

(Hohe Gn:

Regierung)

Iohan Hofer

SS. Th. D.

Superint: &

past prim:

Bened: Ass:

Consist: &

Scholarch:

mort: 25.

Ma. Sepult:

2. Jun. etat:

52. offic: 20.

Doch woll<sup>2</sup> der liebe GOTT / gesund ferner erhalten

Die Grundfest<sup>2</sup> dieser Stadt/so über uns noch walten

Die grossen Pfeiler starck / worauff das ganz' Gebäw

Bis h<sup>2</sup> r noch ruhen thut/ und wieder werde new.

Das erste Kirchenlicht: Doct Wöfer Superdente

Am 5. Pfingstag. Hernach auch sein Regente

\*Joachim von Kels/ Burgmeister dieser Stadt

Den 15. Junt drauff / die Welt gesegnet hat

\*Joachim v. Kels Consil: mortus, Jun: Sepult: 22. etat: 56. Consulatus 4. Dem



Dn. Martin Dem bald gefolget nach / und auch sein Ampt geleeget  
 Spierling  
 Diac: Bened: Martin der Herr Diac / als er der Kirch gepfleget  
 mort: 2. Iul: Nebst seinen Mittr Colleg / den hochbegabten Mann /  
 6. Sepult: So lang sie ihnen beyd / von GOTT befohlen an.  
 offic: 22.  
 aetat: 52. Hierzu inzwischen auch / ein starcker Stutz zerbrochen  
 Dn. Christoph: An Hoffrath Beyendorff wie er ward angestochen  
 Beyendorff Von Todes Bitterkeit / und so auch must schabab  
 Consil: Aul: Den 20. dieses drauff / geleeget in sein Grab.  
 mort: 17. Iul: Bald wieder drauff hernach / that gleichsam nieder sincken  
 20. Sepult: Den 22. August da nur der Todt that wincken  
 Dn. Henric: Fister dem Burgemeist: Hier zu kein Wis noch Kunst  
 & Sch: Insp: Hierzu kein Geld noch Gut / nicht helfen that / noch Gunst.  
 mort: 22. Was noch für welche mehr / Schuld der Natur bezahlet  
 August: In so gar kurzer Zeit / so vor auch hoch gepraler.  
 aetat: 67. Obr Wachmeist: Leopold / den Weg auß dieser Wele  
 Consulat: 14. Den 7. Maymonats / nahm / nach des Himmels Zeit.  
 Dn. Nicol: Herr Bertram / jung / gelahrt / that auch den Weg bald finden  
 Leopold quodam milit: Keisse den 3ten fort / ließ sich kein Eitel binden /  
 Hass: Major: In diese Sterblichkeit. Gleich auch auff solche Bahn  
 mort: 7. Maj: Den 6ten schickte sich / Herr Oberst Tiedeman.  
 15. Sepult: Wie löblich sie gewest / so bald ist ihr vergessen  
 Dn. Bernh: Bertram Denckt doch ihr keiner mehr / was Stelle sie besessen.  
 I, V, C, Doch gehts uns allen so / die wir gewesen hter /  
 mort: 3. Iun: Wist auß den Augen weg / dein ist vergessen schier /  
 5. Sepult: Dein ist vergessen bald / wie wir das sehn geschehen  
 aetat: 29. An denn / in hoher Acht / und auch in groß Ansehen.  
 Dn. Ioach: Tiedeman Geschicht an denen das / und in so schneller Frist /  
 quondam milit: Svec: Vergisset man ja wohl / was mehr vergeßlich ist.  
 Supr: Equit: dux mort: 6. August:

Zum Christlichen Andencken schreibet dieses nach der  
 Vermahnung Spr: 44. Lasset uns  
 loben die berühmten Leute / viel  
 heiliches Dinges hat der Herr  
 durch sie gethan.

Johan Meyer.

Ecce



XIII.

**E**Cce cadit celebris PRÆTORIUS, ipsa! corona  
Quedliacæ nostræ, præsidiumq; Scholæ.  
Et cadit ut reliqui, Mors quos rabiosior omnes  
Abripit; Et meritos auffugit ante dies.  
Hinc tot mista sonant moesto suspiria luctu,  
Sparsa sonat tristi multa querela sono.  
Isti præsertim, Doctrinæ atq; arte celebres  
Quos olim fecit sedulitate sua,  
Et juvenes, nuper quos informabat, ut ipsi  
Præclarum Sophiæ ingrederentur iter:  
Ingens! Hos luctus penes est, Alios aliiq;  
Tristitia certant exuperare boni.  
Quin Collegarum bonus & laudabilis ordo,  
Mæstitiæ prodit plurima signa suæ,  
Et meritò: Siquidem non Rector nomine; verùm  
Sincero affectu Patris adinstar erat.  
Fidus erat monitor: Solers in commoda pubis;  
Candidus, attentus, mitis, & æquanimis  
Oppetiit tandem fessus vitæ atque laborum:  
Mens Coelo; Corpus clauditur hac sub humo.

Thomas Forchman  
Scholæ Quedl: Coll: quartus.

XIV.

**M**Ufarum decus o juvenes, qui tristia fertis,  
Plangite, nam capitis pulchra corona jacet.  
Plangite vos juvenes, vestrum quoq; tundite pectus  
Queis virtus curæ est, cum pietate simul.  
In promptu causa est: Rector nece raptus acerba  
Præclarus nostræ & gloria magna scholæ.  
Hic juvenes docuit, multa virtute paratus,  
Sed vitam tandem morte levavit ovans.

O Quedl.



O Quedlæ cives duros perpendite casus,  
 Quos nostris oculis obtulit ipse DEUS.  
 Præcessit Doctor, multa virtute colendus,  
 Hoferus Pastor, verba sacrata docens.  
 Kelsius hunc Consul sequitur ceu ritè vocatus,  
 Curia quem luget, sed revocare nequit.  
 Spierlingus nuper non ultimus ordine habendus  
 Pastorum, fati noxia tela tulit.  
 Fisterus Consul multa virtute vocandus  
 Experrus mortem, cælica regna tenet.  
 Hos demùm Rector celebris PRÆTORIUS ipse  
 Confestim sequitur, non renuente Deo.  
 O ingens clades, quam sensit curia, templum,  
 Adde Scholam, tria tunc maxima da mna patent.  
 Verum quid subsit: Quedlæ perpendito Cives  
 Avertat summus quæ mala eunq; Deus.

*Condolentia ergo apponebat*

DANIEL Koltwang?

XV.

Valet- und Trostworte  
 In der Person des Verstorbenen.

**H** Hr/die ihr um b diese Bahr' / und bey meinem Schreine steht /  
 Wisset / wie die Lebens-Zeit / als ein Bliß und Dampff vers  
 Jeden sage sein Gewissen (geht /  
 Das wir alle sterben müssen.

Drumb / was Wunder ist's euch denn / wenn ich auch an diese Key  
 Komme / dencket / daß ich auch / gleich wie alle / sterblich sey  
 Mir und Euch / uns Menschen allen  
 Muß das Sterben wohlgefallen.

Besser ist mir nie gewesen / als nach dem ich kommen bin  
 Zu der süßen Ruhestadt da wir alle müssen hin /  
 Da wir unser Schmerz-empfinden  
 Frölich können überwinden.

Auff



Auff den Bergen bin ich ist/da die güldne Sonne scheint  
Jesus/da kein Noth noch Tod/da kein Zanck/kein Haß/kein Feind:

Frölich hab ich ist bestritten

Die berühmten Seelen-Hütten.

Drumb so stellet euer Leid/und das schwarze Trauren ein/  
Liebsten Kinder/dencket doch/es hat ja so müssen seyn.

Alle müssen also wallen

Die dem Himmel wohlgefallen.

Ob ihr gleich nun Waisen seyd/Euch nimpt ist zu Kindern an/  
Euer groß- und reicher GOTT/der nach seinen Willen kan

Und wil väterlich versorgen

All und jede/heut und morgen.

Auß schuldigen und herzlichem Mitleiden übergabs

Michael Wagner/

hiesiger Kirchen und Schulen Cantor.

XVI.

**E**heu quàm celeri versat FORS omnia lapsu:

Quàm rapidò subitas alterat orbe vices!

Nam modò quem validum faciles, vidistis, amici:

Et cui nec dubius cinxerat ora color;

Hunc inopina brevis rapit inclementia morbi,

Sic est, quod feretro triste levatur onus.

Septem & triginta totos PRÆTORIUS annos

Sisyphium in scholico pulvere volvit onus.

Vir priscae fidei, nulli gravis, omnibus æquus,

Inque schola gnavae sedulitatis apex.

Occidit ah RECTOR! Pyliam qui vivere vitam,

Propter epheborum commoda, dignus erat.

Obstupui, linguamque dolor præcidit, & excors

Luctu (si qua fides) & sine mente fui.

Mox planxique manu turbatum pectus utrâque:

Et jeci in magnos libera verba Deos,

Crudeles



Crudeles Parcas, crudelia Numina dixi,  
RECTOREM nostræ quæ rapuere scholæ.  
Ast senio tandem fractus longoque labore,  
In cursu officii concidit ipse sui,  
Et fuit è stadio felici Numinis aura,  
Raptus ad ætheriæ tecta beata domus.  
Hic ubi jam dulci requie sine fine potitur,  
Inter & angelicos gaudet ovatque choros.

VALE ET SALVE ANIMA

*Dn. M. JOHANNIS PRÆTORII Magd. Schol.*

*Quedl. Rectoris dexterrimi*

Haud immemores novem literarum, quas NOBIS  
testamento reliquisti SEQUIMINI

*Iterum Vale, salve iterum & aeternum*

Pater dulcissime, carissime, desideratissime  
à tuo

MATTHIA RÖPERO Sch. Quedl. Coll.

XVII.

**R**ex scholicus nobis qui missus ab Albidis unda  
Occidit, exequias fer studiosa manus.

Ite pii Juvenes & plangite funus acerbum,  
Et lacrymis vestras usq; madete genas.

Pro nitido cultu tristes vos sumite vestes,  
Pro dulci citharâ carmina mœsta sonent.

Hic est qui magnum fuerat decus urbis & orbis,  
Et fuerat nostræ firma columna scholæ.

Hic est qui pueros effecit honoribus aptos,  
Et fecit doctos fecit & esse probos.

Hoc vivente fuit nobis Concordia semper  
Maxima, sed nunquam jurgia & invidiæ.

C

Sacro



Sacrorum cultor, vir justus, verus amicus  
Ingenuus, gratus, candidus atq; gravis.  
Occidit ille pius cælesti sede receptus,  
Atq; beatâ illic gaudia mente capit.  
Hanc lucem juvenes nigro signate lapillo,  
Hæc nunquam vestris excidat ex animis,  
Et tu sublatum è medio tristare Magistrum  
Nam nova nunc data sunt vulnera Quedla tibi.

STEPHANUS Schæffer Collega Scholæ.

XIIX.

B I G A

*Anagrammatum,*

Alterius quidem ante hac de Vitâ & Officio applaudentis,  
Alterius v. jam de insperato Obitu Supplangentis.  
Pijs Manibus Sacra.

I.

MAGISTER JOHANNES PRÆTORIUS  
Scholæ p. t. Qvædliæ  
RECT.

*καὶ ἀναγραμματισμόν.*

O! Qualis Tu diæ  
Sectator Sophiæ clares!  
En, præmia surgent.

*EXPLANATIO.*



Uis nescit? sibi quisq; sapit: sapiendo laborat  
Quivis vel summo proximus esse Jovi.  
Bellica sic Soboles Mavortis acumina fingit:  
Victorem Virtus insidiosa juvat.  
Institor emptori Mercis glaucomata fundit,  
Versutâ lucrum calliditate parat.

Hic



Hic lenocinio Vocis poppysmata vendit ē  
Vix alia populi quæritur arte favor.  
Alter in occulto per opaca crepuscula noctis  
Res agit & vafre sic sua furta tegit.  
Hic valet altercando, minis & litibus acer:  
Ingeniosus homo magnanimusq; vir est.  
Sed neq; Mars, neq; Merx, neq; Vox, neq; Nox, neq; Lis est,  
Veram quæ *Sophiam* conciliare queant.  
Musa sed est, doctrina sed est, & norma sciendi,  
Undiq; *Cordatum*, quæ probat esse *Virum*.  
Consulat hanc, petat hanc, & strenuus ambiat unam,  
Quisquis amat *Solidi* nomina ferre *Sophi*.  
Hoc Tu jam dudum, præstas, Doctissime Fautor,  
Prætori, nostræ fama decusq; Scholæ.  
O *DIAE* qualis *Sophiæ* Sectator & altor  
Tu *Clares*, Clarij Dux gregis atq; Pater!  
Tu congesta tenes Myrmecia Doctrinarum  
Ex Grajūm antiquo Romulidumq; penu;  
Dium quippe luto tibi nobiliore cerebrum  
Finxit & effinxit Filius Iæpeti.  
In te contulerunt sua dona *Dijq; Deaq;*,  
Tuq; tenes quicquid *Chloridos* arca tenet.  
Castadium Tu totus amor, tu tota voluptas;  
Te *Charites* *Carum* blanda *Venusq;* colunt.  
Fallor? an infanti cunabula *Juno* *Moneta*,  
Ubera *Mnemofydum* præbuit alma parens?  
Numquid & os puero Tibi nectare proluit *Hebe*?  
Dulcis & impressit *Svavia* mille *Lepos*?  
Quin *Pimplæa* tibi *Permessidos* imbuit undæ  
Turba *Novensilium* pectora rore sacro?  
Hinc Tibi fecundis *sapientia* *Mascula* rivis  
Manat & ingenij vivida vena salit.



Hinc pueros iterum jam *Nectare* pascis eodem,  
 Et juvenum SOPHIÆ corda liquore riges.  
 Instillas Pindi Succos laticesq; Medusæ,  
 Largifluas fundis Bellerophontis aquas.  
 Te Doctore sciunt, quid distent æra lupinis,  
 Te Ductore legunt integritatis iter.  
 Maeste tuâ virtute Sophus! TIBI PRÆMIA SURGENT!  
 Præmia perpetuis non caritura bonis.  
 EN! dedit auricomam Tibi Calliopæa coronam;  
 Hac Tu conspicuus per loca euncta nites.  
 Penajâ in terris Te Daphnide maestat Apollo,  
 Tradet in æternis Cælica Serta Deus!

II.

Mag: Jeh. Prætorius, Scholæ apud Queliecburge:  
 inclutæ Rector quaquâ desideratissimus.

(r. frat s.)

*Anagramma.*

Hei! Quo præclarum Decus urbis, grata Lycæi  
 Concidit: & grata Spesq; Salusq; Domus!

ELABORATIO.

**Q**uo fera Fata furunt? ecquam Fortuna procellam  
 Dira Quædliacis clade minatur agris?  
 Parca rapax nuper nitidum Decus abstulit Aulæ!  
 Hoc nondum eluxit flebilis Aula malum,  
 Inde Sacerdotum geminum Decus Atropos aufert;  
 Tantum vulnus adhuc orba Cathedra dolet.  
 Surripit amplifici dein Sidera bina Senatus:  
 Sentit adhuc Spolium Curia mæsta suum,  
 Luget id Aula, Cathedra dolet, flet Curia damnum:  
 Non tamen hic cessat dira libido necis.  
 Nil finit intactum mors ambitiosa, Lycæum  
 Impetit, haud Musas latro veretur atrox,  
 Nec de plebe parat funus, Dominumq; Caputq;  
 Aggreditur Scholici Morta cruenta gregis.  
 En, modò qui primas celebris moderatur habenas  
 Rector Athenæi morte peremptus obit!  
 O Musæ haud Musæ! Cultorem siccine vestrum  
 A vi protegitis liberiore necis?

O JAN-



O JAN-Prætori! Clio tua sicne tuetur,  
 Ut fias Lachesi dira rapina truci?  
 Plangite Pierides, Prætozem plangite vestrum!  
 Vester hic est Casus vestra ruina subest.  
 Plangite Collegæ Rectorem plangite vestrum!  
 Doctorem docilis plange Corona tuum!  
 Funde tuô lacrymas orbata Quedellia Jano!  
 Et resonet planctus per vada cuncta Budæ!  
 Funde tuô lacrymas Soboles orbata Parenti!  
 Tute sed ubertim fiesq; gemisq; Patrem.  
 Siste tuas lacrymas! Collegæ, Civis, Alumni,  
 Musarumq; Chorus sat gemit atq; dolet.  
 Hei qualis pietas! Hei quam decus occidit Urbis  
 Præclarum, gratæ Spesq; Salusq; Scholæ  
 Spesq; Salusq; Domus grata, Spes grata Lycæi  
 Concidit hei! Clarij fama decusq; Chori!  
 O miseri miseriq;! manent hæc præmia Musæ,  
 Quid juvat Aonio subdere colla jugo?  
 Quis volet ulterius fragili se dedere Musæ,  
 Funera si restat præter amara nihil?  
 Quis volet ulterius sua consecrare Lycæo  
 Nomina, si præter pulverulenta nihil?  
 Ergone præclarum penitus Decus occidit, atq;  
 Cum Prætoze artes occubuere suo?  
 Ergone perpetuis umbris urgetur, & ampla  
 Nomina cum putrido funere mersa jacent?  
 Absit id, absit! inops non tam torpescit Apollo!  
 Non tam Calliope Numen inane gerit!  
 Vivit adhuc, Rectoq; fugit pigra flumina Lethes,  
 Et meliore sui parte superstes agit.  
 Jam radians Decus Æthereo clarescit Olympo,  
 Enituitq; astro plus Hyperionio.  
 Jam Decus Angelicis Clarum gregibusq; globisq;  
 Infertum Superâ splendet in arce poli.  
 Jam Spe sublata re gaudia possidet ipsâ  
 Unica quiq; fuit Spesq; Salusq; Deum.  
 Possidet æternæ grata oblectamina vitæ.  
 Supremum ingeminans: Munde maligne Vale!

### III.

#### NOVISSIMA VALEDICTIO PIE DEFUNCTI.

Quedliacæ Jove sic moderante facessite Musæ!  
 Vester eram ante lubens; nunc fera fata vetant.  
 Quedlica Musa Vale! quia sic jubet Arbitex ævi!  
 Me vocat æthereæ dia palastra Scholæ.



Quædlicæ Musa vale! Rude donatumq; putato,  
Qui tuus hic ultra bis tria lustra fuit.  
Quædlicæ Musa vale! Tibi sufficit Autor Apollo  
Prætorive parem, Conspicuumve magis,  
Quædlicæ Musa vale! Clades superavimus omnes!  
Te tua terra tenet, Me novus Orbis habet.  
Quædlicæ Musa vale! Nobisq; tibiq; faveto!  
*Manibus & nostris debita justa para!*

IV.

EPIGRAMMA.

**I**nsperata sui gemeret cum fata perempti  
Prætori, Scholici flebilis ordo Chori,  
Et grege Pierio missi quererentur Alumni,  
Prætozem ipse fleo, dixit Apollo, meum.  
Respexitq; suam, quæ stabat proxima fratri,  
Calliopen, & ait, Tu quoq; vulnus habes!  
*Aspice Casareos simul Ensisferosq; Dynastæ;  
Audet & hos magnos lædere Parca Deos.  
Numina cum videas duvis obnoxia fati,  
Invidiâ superos exonerare potes!*

V.

CENOTAPHIA.

**B**ustum, en, Prætor! Quæcircum hoc agmina? Musæ:  
Præfica quæ prope stat! Candida Simplicitas.  
Qui corpus? Charites: Animum finxere? Lepores:  
Quis dedit in cineres tot bona? Parca dedit.  
*Musæ, Simplicitas, Charites; lugete, Lepores!  
Prætorius Vestro concidit exitio!*

VI.

ALIUD.

**P**RÆTORIUS parvo hoc tumulo jacet: haud jacet, error  
*Augustum angustus non capit huncce locus,*  
Immensi factus Prætorius incola Cæli,  
Et maris & terræ trans spatia ampla volat.  
Quæq; prius Mundi calamo damnarat & ore  
*Vana, reapse eadem vana fuisse videt.*  
Attamen in mæsto quid vult sibi marmore Nomen,  
Quod illo dignum Nomine carmen adest?  
Quippe reformandus vitæ melioris in usum  
*Hic Prætor Veteres condidit exuvias.*

*Ad animi Observantis lugentisq; Testimonij  
appos.*

CHRISTOPHORUS Susenbeth / Coll. Sch:  
Præ-



Praeclarissimus, Excellens, ac multijuga Eruditione conspicuus Dominus Joann. Prætorius, Philosophiæ atque optimarum Artium Magister, ut & Sch. Quedelinburgiacæ per annos triginta sex Rector optimè meritus. Ephorusq; solertissimus, felicis & beatæ mem:

(u Legatur y)

*Metrico sonat Anagrammate:*

**C**onspicui cecidère Gregis; Qui templa Tonantis  
Rexerunt: Per quos Curia salva stetit.  
En Homo! Spem præter pulsans Mors sæva Lycæum  
Eripit, ah! Illum, qui Caput ejus erat.  
Immeritò finem vitæ HIS malè sobria dixit  
Turba: Hominum sortes congregat ipse DEUS  
In Cælis.

Die Häupter unsrer Heerden/  
Die noch vor kurzer Zeit des hohen Tempels Chor/  
Wie auch dem Regiment und Rath. Stuel stunden vor/  
Hat man gebracht mit Eisd zur Erden.  
Ach sieh! Jetzt kompt geschlichen/  
Der Todt an unsrer Schuel / und kloppet grausam an:  
Triffi ihr geehretes Häupt / den hochgelarten Mann/  
Der sanft im H. Erren ist verblichen.  
Vornehmer Leut' Absterben  
Sagt ohn bedacht zuvor / der sonst nicht nützet viel:  
Gott weis der Seintgen Zeit / Stund / und lebens Ziel /  
Und samblet sie zu Himmels Erben.

*Ἰνζαμμα.*

Fertilis Autumnus Fructus dat divite Terrâ,  
Prædulces uvas, mitia Poma, Pyra:  
Idem etiam Flores, vernantia lilia campi  
Demetit, hortorum purpureasq; Rosas.

Præcellens sic aufertur PRÆTORIUS, hujus  
Gymnasiarcha Scholz, pulchrior ipse Rosâs,  
Fructus at è docto sanctoq; labore profectus  
Certè durabit finè carente dies.

*μετρημενον.*

Der viel Fruchtbringend' Herbst reicht mildtg seine Gaben/  
Durch des Erdbodens Güt' an schönen Obst und Wein/  
Er sellet auch gleich auß die lieben Blümelein/  
Die Liljen/ Rosen/ so die Aw und Gärten haben.  
So wirdt igt weggehrt durchs rauhe Todes wehen  
Der Rector dieser Schuel / den Purpur Rosen gleich:  
Doch ist von schöner Frucht all seine Arbeit reich/  
Die wirdt in Ewigkeit mit hohen Lob bestehen.

MA:



MAGISTER JOANNES PRÆTORIUS.

*Anagr:*

REGIA NESTORIS PRÆMIA SUNTO.

**N**estoris annosi Regis (a) Sapiëntia, nec non  
Stupenda prædicatur (b) Eloquentia:  
Censuris meritò, PRÆTORI, Rector amande!  
Sapiëntis ut; sic Eloquentis nomine.  
NESTORIS idcirco Tibi REGIA PRÆMIA Laudum  
Debentur atq; SUNTO: Ferte posteris.

(a) *V. Odys: 3. v. 20. &c.*

(b) *V. Iliad: 1. v. 249.*

Lugens suo Dn: Rectori f.

HEINR: Buchholts.

XX.

EPICEDIUM.

**M**E miserum, cui tot densantur funera! Patrem,  
Mensibus hinc paucis abstulit atra dies,  
Aufert atra dies, & tristi funere mergit  
Nunc Præceptorem, qui Pater alter erat,  
Quod pater est alijs, alijs præceptor ab uno  
Sperabam & qui respem daret unus erat.  
O pariter mecum consortes edite luctus,  
Plangite lugubri flebile voce melos  
Aonij juvenes musis addicta juvenus,  
Quos docuit tanti vox operosa viri,  
Vos privati estis ludi Rectoris fideli,  
Cui spectat paucos Phœbus ab axe pares.  
Sed quid ego multis lamentor talia verbis?  
Quamvis per malas lacryma multa fluat,  
Non tamen idcirco PRÆTORIUS ille redibit,  
Nulla hominum vis hunc restituisse potest.  
Jam siquidem curis onerumq; labore solutus  
In cælis faciem sistitur ante Dei  
Gaudia gaudet ibi quæ vidit, nemo, sub aures  
Condere nemo animo nemo libare potest.  
Ergo Pierides lacrymarum claudite rivos  
Dicite sit sanctis manibus alma quies.

FRIDERICUS JOHANNES HOFERUS,  
Quedlinburgensis.


F I N I S.




4/c 37

VD17









B.I.G.



42

memoria  
 T<sup>Q</sup>VE EXCELLENTISSIMI  
 DOMINI  
**NIS PRÆ-**  
 Magdeburgensis,  
 Philosophiæ Magistri;  
 Qui,  
 Linburgense indefesso labore  
 ti & perspicuâ Adolescentes  
 sq; fidelissimè imbuit,  
 n **BENE MERITUS,**  
 obrectatorem, non benè  
 adiens,  
 . Anni J. C. 1656. horâ  
 vespertinâ,  
 sumum sextum functionis publicæ:  
 is anno, scil. Climacterico magno,  
 m Philosophus, verum  
**STIANUS;**  
 Christianus,  
 h. c.  
**NTISSIME, PLACIDISSIME,**  
 cessit:  
 DEO Opt. Maximo;  
 in Templo Benedict. Terræ,  
 br. mandatum:  
 a ἐπι consecraban  
 tores, Affines Collegæ.  
 LINBURGI,  
 Ockeljanis.

Farbkarte #13

